UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4 Vtrum beneficentia sit virtus specialis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

præfertur extraneus coniuncto ſecundum carnem.

F Ad tertivm dicendum, quòd duplex eſt debitum. Vnum quidem quod non eſt numerandum in bonis eius, qui debet, ſed potius in bonis eius, cui debetur, puta, ſi aliquis habet pecuniam, aut rem alienam quam alterius vel furto ſublatā, vel mutuo acceptā, ſiue depoſitam, vel aliquo alio ſimili modo, quantū ad hoc debet homo prius reddere debitum, quàm ex eo benefacere coniunctis: niſi forte eſſe tantæ neceſſitatis articulus, in quo etiam liceret ipſi rem alienam accipere ad ſubueniēdum neceſſitatem patienti, niſi forte & ille, cui res debetur, in ſimili neceſſitate eſſet: in quo tamen caſu penſanda eſſet vtriuſque conditio ſm alias conditiones requiſitas prudentis iudicio: quia in talibus non poteſt vniuerſalis regula dari propter varietatem ſingulorum caſuū, vt Phi-

G loſoph. dicit in 9. * Ethicor. Aliud autem eſt debitū, quod cōputatur in bonis eius, qui habet, & nō eius, cui debetur, puta, ſi debeatur non ex iuſtitiæ neceſſitate, ſed ex quadam morali æquitate, vt contingit in beneficijs gratis ſuſceptis. Nullius aūt benefactoris beneficium eſt tantum, ſicut parētum: & ideo parentes in recompenſandis beneficijs ſunt omnibus alijs præferendi, niſi neceſſitas ex alia parte præponderaret, vel aliqua conditio, puta, communis vtilitas Eccleſiæ, vel reipublicæ. In alijs autem eſt æſtimatio habenda & coniunctionis, & beneficij ſuſcepti, quæ ſimiliter non poteſt communi regula determinari.

Lib. 9. ca. 2. tom. 5.

H Ad qvartvm dicēdum, quòd parentes ſunt ſicut ſuperiores. Et ideo amor parentum eſt ad benefaciendum, amor autem filiorum ad honorandum parentes: & tamen in neceſſitatis extremę articulo magis liceret deſerere filios, quàm parētes, quos nullo modo deſerere licet, propter obligationem beneficiorum ſuſceptorum, vt patet per Philoſophū in * 8. Ethicor. cap. vltimo.

Lib. 8. circa finem libri tom. 5.

¶ *Super quæſtio trigeſimęprima articulum quartum.*

In articulo quarto, nota reſponſionem ad vltimum, vt poſſis diuerſitatem ſpecificam peccatorū diſcernere, & præcipuè maledictioné, an odij, vel irę, aut vtriuſque ſint, prout vnum uitium imperat alteri, ſicut per oppoſitū vna virtus imperat alteri.

Lib. 2. ca. 1. a medio, & lib. 1. c. 9. & 13.

Articvlvs IIII.

Vtrum beneficentia ſit uirtus ſpecialis.

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur, quòd beneficētia ſit ſpecialis virtus. Præcepta

I enim ad virtutes ordinantur: quia legiſlatores intendunt facere homines virtuoſos, ſicut dicitur in ſecundo * Ethicor. ſed ſeorſum datur præceptum de beneficentia, & de dilectione: dicitur enim Matth. quinto. Diligite inimicos veſtros, & benefacite his, qui oderunt vos: ergo beneficentia eſt virtus diſtincta a charitate.

¶ 2 Præt. Vitia uirtutibus opponuntur: ſed beneficentiæ opponuntur aliqua ſpecialia vitia, per quæ

K nocumentum proximo infertur, puta rapina, furtum, & alia huiuſmodi: ergo beneficentia eſt ſpecialis virtus.

¶ 3 Prǽt. Charitas nō diſtinguitur in multas ſpecies: ſed beneficentia videtur diſtingui in multas ſpecies, ſecundum diuerſas beneficiorum ſpecies: ergo beneficentia eſt alia virtus a charitate.

Sed contra eſt, quòd actus interior, & exterior non requirunt diuerſas virtutes: ſed beneficentia, & beneuolētia non differunt, niſi ſicut actus exterior, & interior, quia beneficentia eſt executio beuolentię: ergo ſicut beneuolētia non eſt alia virtus a charitate, ita nec beneficentia.

F Respon. Dicendum, ꝙ uirtutes d[...] tur ſecundum diuerſas rationes obiecti. [...] tem eſt ratio formalis obiecti charitatis [...] tiæ, nam utraque reſpicit rationem [...] boni. ut ex prædictis* patet. Vnde bene[...] eſt alia uirtus a charitate, ſed nominat [...] ritatis actum.

Ad primvm ergo dicendum, q[...] non dantur de habitibus uirtutum, ſed d[...] Et ideo diuerſitas præceptorum non [...] uerſos habitus uirtutum, ſed diuerſos ac[...]

Ad secvndvm Dicendum, quod [...] nia beneficia proximo exhibita, inquan[...] derantur ſub communi ratione boni, [...] ad amorem: ita omnia nocumenta, inqua[...]

G ſiderantur ſecundum communem ratione[...] reducuntur ad odium. Prout autem c[...] tur ſecundum aliquas ſpeciales rationes [...] uel mali, reducuntur ad aliquas ſpeciale[...] uel uitia. Et ſecundum hoc etiam ſunt di[...] neficiorum ſpecies. Vnde patet reſpon[...] tium.

Qvaestio XXXII.

De Eleemoſyna, in decem articulos diuiſa.

H Deinde conſiderādum eſt de eleemoſyna. Et Circa hoc quæruntur decem.

¶ Primò, Vtrum eleemoſynæ largitio ſit actus charitatis.

¶ Secundò, De diſtinctione eleemoſynarum.

¶ Tertiò, Quæ ſunt potiores eleemoſynæ, Vtrum ſpūales, uel corporales.

¶ Quartò, Vtrū corporales eleemoſynę habeāt effectum ſpūalē.

¶ Quintò, Vtrum dare eleemoſynas ſit in præcepto.

I ¶ Sextò, Vtrum corporalis eleemoſyna ſit danda de neceſſario.

¶ Septimò, Vtrum ſit danda de iniuſte acquiſito.

¶ Octauò, Quorum ſit dare eleemoſynam.

¶ Nonò, Quibus ſit danda.

¶ Decimò, De modo dandi eleemoſynas.

Articvlvs primvs.

Vtrum dare eleemoſynam ſit actus charitatis.

K Ad primvm ſic proceditur. Videtur, ꝙ dare eleemoſynam nō ſit actus charitatis. Actus enim charitatis non pōt eſſe ſine charitate: ſed largitio eleemoſynarum pōt eſſe ſine charitate, ſecundum illud 1. ad Corinth. 13. Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt: ergo dare eleemoſynā, non eſt act⁹ charitatis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN